

AD MATUTIN.

HYMNUS 86.

O cuncta verbo continens
 Altissimi virtus Patris,
 Quam lapsibus suaviter
 Nostris medellam provides!

Te carne nostrâ vestiens
 Alvum sibisti Virginis,
 Ul innocens pro noxiis
 Te sponte morti traderes.

Quam tu tibi delegeras
 Matrem creando prevenis,
 Cunctisque complens gratias
 Dignam facis te Filio.

Aurora qualis lucida
 Primum præsit solis jubar:
 Sic Virgo te JESU suo
 Splendore signat proximum.

Dozol. de inf. ocl.

Lecl. 1. Noct. ut in die Nativ.
 Dominus possedit.

IN II. NOCT.

Sermo S. Andreae Cretensis.
Oraño 1. in Nativitat. B. M. V.

LECTIO 4.

Natalitia celebritas est hodiè, ac generis reformatio. Jam enim Virgo nascitur, lactatur, ac formatur, omnium seculorum Deo Mater inopia preparatur: idque nobis ex Davide, cum David spiritualem indixit concentum: ut illa quidem suam, ut Dei Matris divino munere concessam proponat Nativitatem: hinc generis ostendat felicitatem, Deique cum hominibus novam maxime, atque decentem cognationem. Tu. ꝑ. Ne timeas.

LECTIO 5.

Nunc ergo chorus ducat hodiè proba omnis ac grata anima: natura que creata universa ad sui ipsius renovationis et reformationis gaudia convocat. Una hodiè cælestium, terrestriumque sit communis festivitas, pariterque quicquid inferi, supernique mundi est, diem solem-

nem agat. Hodiè namque Creatoris omnium creatum delubrum exadicalatum fuit: ac creatura divini Creatori novâ decentique ratione preparatur hospitium. Tu. ꝑ. Fundatur.

LECTIO 6.

Hodiè natura prius è terrâ orta Deitatem primò accepit, pulvisque ad supremum gloriæ apicem excurrere contendit. Hodiè ex nobis nostri loco, Adamus primitias Deo offerens, MARIAM primitias facit, solisque conspersio ante subacta massa, ad generis reformatiorem per eam, in panes formatur. Hodiè magnus virginitalis relegitur sinus, inviolatumque veræ incorruptionis margaritam, ecclesia ut sponsa induitur. Tu. ꝑ. Fundamenta.

IN III. NOCT.

Leclio S. Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7.

c. 1. 1.
 Liber generationis JESU—Christi, filii David, filii Abraham. Et reliq.
 Homilia S. Brunonis Presbyteri.

In Nativ. B. M. V.

Audivimus in lectione evangelicâ, de quâ gente, de quâ tribu, de quâ stirpe beatissima Virgo MARIA originem duxerit; de quâ ipse Dominus et Salvator noster secundum carnem factus est, et verus homo inter homines conversatus est. Et valdè quidem ad rem pertinebit, ut Evangelista hanc lineam Christi generationis tam longam composuerit, et ordinaret, quatenus sciamus non solum ex Patribus Dominus natus sit, verum etiam undè mortem, et undè vitam habeamus. Tu. ꝑ. Vitis.

LECTIO 8.

Primum hujus lineæ caput est Adam, secundum verò Christus. Hæc lineæ incipit ab Evâ, et desinit

CANON.

Ex Decreto S. Rituum Congregationis.

22. Jun. 1736. in Einstiden.—
Talu. 1029.

403. Quando dies octava Nativitatis Beate MARIE Virginis incitat in Dominicam in quâ celebrari debet Festum Sanctissimi Nominis ejusdem, nulla fit commemoratio Nativitatis. Tu.

— *Cum 2. Vesper.*

QUAT. TEMPORA SEPTEMB.

quæ sunt feriâ IV, VI. et Sabb. quæ sequuntur diem decimam quartam Septembr.

Sihis diebus occurrat aliquod festum fil de eo, cum commemoratione ferie, recitando Evangel. cum Homil. ferie occurrentis loco nome Lectionis.

Si nullum occurrat festum nov. Lection. officium sit, ut in feriis cum sequent. Homilia.

FER. IV. QUATUOR TEMP.

Simplex.

Leclio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 1. 10. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam castellum, et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia S. Anselmi Episcopi.

Homilia 6. in Lucam.

Licet ergò castellum aliàs malum significet, et illud de quo dictum est: iie in castellum, ubi et quod additur, quod contra vos est, planè manifestat, quid significet: tamen hoc castellum in quod intravit JESUS singularem imemeratam Virginem ejusdem JESU Genitricem, salvâ Scripturarum regulâ, per similitudinem accipimus. Castellum enim dicitur quælibet turris,

in MARIA. Cum enim ab eâ usque ad ipsam lineam extendatur, in ipsâ tandem ille hamus ligatus et incarnatus est, per quem captus est ille Leviatam, serpens antiquus, qui est diabolus, et Satanas, ut qui per feminam in regnum intravit, per feminam de regno extraheretur. Tu. ꝑ. Quæ est.

LECTIO 9.

Considera modo quas gratias debeamus beatissima Dei Genitrici. Considera quantis laudibus eam extollere et prædicare debeamus: si tamen digni sumus quorum laudes inter omnes creaturas pulcherrima suscipere dignetur; cujus humilitate et sapientiâ hic tantus hostis captus et ligatus, et de regno, quod sancto tempore injustè possederat, ejectus est. Ipsam igitur laudem, ipsam prædicemus, simulque et dicamus: Benedicti tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES.

HYMNUS 87. *Brev. Carducens.*

O Virgo, quanta nuntias
 Mundo gementi gaudia,
 Dum te creantis Filii
 Mater futura nasceris!

Infans supernæ prævio
 Dono coruscas gratias:
 Et quot decet refugæas,
 Tot es repleta dotibus.

Venturus in te Spiritus
 Sedem sibi se consecrat,
 Et dignitatis inserit
 Mox nuntianda germina.
 Virtus potens Altissimi
 Suo fovet te numine,
 Quo roborata verticem
 Anguis dolosi conteris.

Clemens ab ortu dexterâ
 Nos liberali protege,
 Et nascituro pectora
 Fæ consecremus Filio.

Dozol. de Octavâ.

Tempor.
et murus in circuitu ejus. Quæ duo sese invicem defendunt, ita ut hostes per muros ab arce, et per arcem à muris arceant. Tu. ꝑ. Dilexisti. p. 65.

LECTIO 2.

Hujusmodi castello non incongruè Virgo MARIA assimilatur, quam virginitas mentis et corporis, quasi murus ita undiquè vallavit, ut nullus unquam ad eam esset accessus, nec sensus ejus aliqua corrumperebantur illecebrâ. Et quia virginitatem, cum libido non possit, solet impugnare superbia, est in eadem Virgine turris humilitatis, quæ à muro virginitatis omnem repellit superbiam. Tu.

ꝑ. Filias Tyri. p. 65.

LECTIO 3.

Et quia humilitatem, cum superbia non possit, solet impugnare libido, murus virginitatis à turri humilitatis omnem repellit libidinem. Itaque hæc duo, murus videlicet Virginitatis, et turris humilitatis ab alterutro muniuntur, ut nunquam in humili Virgine fuerit nec superba virginitas, nec inquinata humilitas; sed semper in eâ permanserit, et humilis virginitas, et virginalis humilitas. Tu. ꝑ. Omnis. p. 65.

Preces ad Laud.

Oratio.

Deus mœrentium consolator, et in le sperantium salus, da nobis Beate MARIE semper Virginis interventu peccata nostra deplorare, et gratiæ tuæ indulgentiam invenire. Per Dominum.

Hæc oratio dicitur ad Laudes et Horas tantùm. Vesperæ dicuntur ut in feriali Officio cum Oratione Dominice precedentis.

FERIA VI. QUATUOR TEMP.

Simplex.

Septembr.

LECTIO S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 19. 25.

In illo tempore: Stabant juxta crucem JESU Mater ejus et soror Matris ejus Maria Cleopha, et Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Homil. 85. in Joanne.

Ipsæ crucifixus Matrem suam discipulo commendat, ut nos doceat ad extremum usque halitum, parentum curam præcipuam esse gerendam. Quando igitur Mater intempestivè accessit, dicit: quid mihi et tibi est mulier. Hic verò magnum exhibet amorem, et discipulo, quem diligebat, ipsam commendat. Tu. ꝑ. Diffusa est. p. 65.

LECTIO 2.

Matrem verò commendans dicit: Ecce filius tuus. O quantum honorem discipulo collatum! Cum enim ipse jam abiret, ipsam discipulo curandam tradit. Quia enim credibile erat ipsam, utpote Matrem dolere, et patrocinium quaerere, jure illam discipulo tradit, dicens: ecce Mater tua. Hæc porro dicebat, et ipsos mutuo conjungens amore: quod cum intelligeret discipulus, ipsam in sua accepit. Tu. ꝑ. Sicut cedrus. p. 65.

LECTIO 3.

Cur autem nullam aliam memoravit mulierem, licet alia quoquè astaret? Ut nos doceret plus tribuendum matribus esse: ut enim parentes, cum spiritualia impediunt, nec cognoscendi quidem sunt: sic cum non ea cohibent, omne debitum est ipsis præstandum, et aliis sunt anteponendi, quia nos genuerunt, educarunt, milleque multa subierunt. Sic Marcionis impudentiam reprimi. Si enim secundum carnem natus non esset, nec matrem

Die XVI. Septembris.

haberet, cur tantam de illâ solâ gerit curam? Tu. ꝑ. Specie tuâ. p. 65. *Preces ad Laudes.*

Oratio.

Præsta, quæsumus, Omnipotens Deus, ut qui in protectione beate et gloriosæ semper Virginis MARIE confidimus, nulla neque in vitâ, neque in mortis horâ hostis tentamenta timeamus. Per Dominum.

Vesperæ ut in feriali Officio cum Oratione Domini. precedentis.

SABBATO QUATUOR TEMP.

Simplex.

LECTIO S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 1. 1.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Damasceni.

De orthodoxâ fide. libr. 3. c. 12.

Ipsummet Verbum factum est caro, ut conceptum quidem de Virgine fuerit, Deus verò prodiit cum assumptâ naturâ, quam deificarat, simul ac producta est. Exindè tria pariter unâ contingerunt, nimirum, quòd assumpta sit, quòd existerit, quòd deificata à Verbo fuerat. Tu. ꝑ. Dilexisti. p. 65.

LECTIO 2.

Hinc fit, ut Virgo Sancta Dei Genitrix tum intelligitur, tum appellatur, non modò propter naturam Verbi, sed etiâ ob humanitatem deitate donatam, stupendo miraculo patris simul horum et conceptione et existentia. Verbi quidem conceptione, carnis verò existentia in ipso Verbo. Tu. ꝑ. Filie Tyri. p. 65.

LECTIO 3.

Ipsa namque Dei Genitrix supra naturæ leges rerum omnium fieri subministrabat, undè ipse quoquè

fingeretur, uterversorumque conditori Deo, ut assumptam humanitatem deitate donans, homo ipse fieret, cum interim unio, quæ unita sunt, talia servaret, qualia unita essent, hoc est non divinitatem solum, sed etiâ Christi humanitatem: nec illud solum, quod supra nos, sed id quod nostrum est. Tu. ꝑ. Omnis. p. 65.

Preces ad Laudes.

Oratio.

Concede nos, quæsumus Domine, Sanctissimæ Genitricis tuæ intercessionem muniri, ut quam in nostris necessitatibus assidè invocamus, apud tuam clementiam propitiâ invenire possimus. Qui vivis.

Vesperæ ut in Sabbat. Oratio de sequenti Dominicâ.

DIE XVI. SEPT.

In festivitatibus temporis Infantie quæ non fuerint prædica, dicuntur ut in Communi de eodem tempore, nisi alièr noletur.

B. V. M. DESERTORUM.

*Duplex.**Oratio.*

Deus, qui beatissimam virginem MARIAM dulcissimo titulo Matris Desertorum nos venerari tribuisti ejusque intercessionem tantam gratiam conferre dignatus es, ut nullus ad ejus præsidium confugiens fuerit derelictus, concede nobis famulis tuis, ut sub tanta Matris protectione constituti, nunquam à tua bonitate deseramus.

Per Dominum nostrum.

Lectioes I. Noct. de ferâ.

IN I. NOCT.

LECTIO 4.

Ex Chrysos., Balinghem et alii.
Valentiæ Edetanorum celeberrima miraculis extat Deiparæ Imago sub

duplici titulo Sanctorum Innocentium et Desertorum, quæ ab hominibus cæpta, ab angelis anno millesimoquadringentesimo decimo sexto perfecta depictaque creditur. Prius in Xenodochio locata, postea in Metropolitano templum fuit deducta, ubi in permagnifico Sacello ingenti cultu efficitur. Tu. *ij.* Benedictus.

LECTIO 5.

De hæc beatissimæ Virginis Imaginæ illud refertur planè prodigiosum: cum quis sumergitur, vel cum quis circa civitatem trucidatur, audiuntur in armario, quo illa sacra Imago clauditur, certus ictus. Eadem miraculosè prodere consuevit loco cum homicidii, et quo loco sit cadaver. Tu. *ij.* Die ergo.

LECTIO 6.

Illud quoquè stupendum contingit. Cum quidam ob perpetratum homicidium deceretur ad supplicium, in itinere prostratus in genua coram Sacello in quo Imago illa aservabatur, enixè Deiparam rogans, ne se in tanto periculo constitutum desereret. Vix verba finierat, cum Imago conclusa, ex armario responsum clementiæ, quinque ictibus, qui ab universo populo auditi sunt, reddidit. Pro tanto beneficio reus ille gratias acturus Dei Matri, genua dum flecit, iteratò quinque alii ictus, uti antea, in signum confirmatæ clementiæ: exauditi sunt. *ij.* Pulchra.

Homilia de Comm. 2. loco.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. de Vineto.

Candò libr. 2. c. 15.

Uno ab oppido Stiges milliario in Diocesi Barchinonensi magnificum extat templum, in quo Divæ Virginis Icon, sub titulo de Vineto, eo

quod in vineâ primùm à quodam servo Mahumetano, et postea ab ipso servo et ejus domino simul inventa, ut fertur, fuerit, mirificè colitur. Eo in loco semper Deipara exorabilis oppidanis se præbuit, tum in publicis tum in privatis ærumnis, et præcipuè in maris periculis, ut ex appensis è muro tabellis satis apparet. Imago ad duos pedes alta lignea est: sedens sinistè genu puerum sustinet, qui dexterà manu benedicit, et lavà pomulum servat. Tu.

Vesp. à capit. sequentis.

Die XVII. SEPT.

D. V. MATRITENS. DE ATOCHA.

Duplex.

Oratio.

Omnipotens et misericors Deus, qui hæc Sanctissimæ Genitricis Filii tui Imaginem mirabilibus signis venerabilem nobis esse voluisti: concede propitius, ut ejusdem Beatissimæ Virginis MARIE patrocinio vitam et incoluntiam consequamur. Per eundem.

AD MATUTIN.

HYMNUS 88. *Petr. Casis.*

Virgo velutis edita regibus
Regina cæli, diva potens soli,
Marisque sydus æstivosi,
Alma parens hominisque Dei.
Pias tuorum respice lacrymas,
Audi precesque, ó christiane,
Gloria prasidiumque gentis.

Ad te malignis confugit hostibus
Vexata: duris fracta laboribus,
Fremens et mundi procellis
Obruta; præcipitesque casus

Tot passa, vitæ tolque pericula
Te clamat, unam nomine te vocat:
Ades vocata, nec clientes
Muneribus vacuos remittis.

Æterna summo gloria sit Patri

Natoque necnon Spiritui Deo Numenque tres unum futuris Posteritas colatusque sætis. Amen.

Lection. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

Ex Histor. B. V. de Atocha.

LECT. 4.

Sanctæ Deiparæ Imago de Atocha, prius ab Antiochiâ dicta, quæ Matriti colitur, et divi Lucae opus, et à Divo Petro accepta creditur, ac in Sacello, ubi nunc exurgit ejus magnificum templum, à Matritensibus locata. Ex tunc ab Hispanis semper accepit magnos honores, præsertim Golthorum tempore, ut ex Divo Hildephonso liquet. In Saracenorum vastatione inter ingentes circumjectas ruinas Ipsa siletit, veluti certum salutis et recuperandæ libertatis signum. Gratianus Ramirez, ipsâ invocatâ, cum paucis innumeros Mauros devicit, et templum ingressus grates Virgini acturus, sponsam et filias prius occisas, resurrectas invenisse, et deinde sacram Iconem solemnimpâ per urbem detulisse, fertur. Quod etiã fecit Ramirus secundus, postquam Matritum ad arabibus iterum captum, recuperavit. Tu. *ij.*

LECTIO 5.

Alphonsus Sextus Deiparam de Atocha Matritensium Patronam, toto acclamante populo, nuncupavit. Carolus primus è Sacello extruxit Templum, cui cœnobium Patribus Dominicæ adjunctum, quod opus ejus filius perfecit. Philippus Tertius sub suo regno jure omnia hæc Virginis accipere constituit, quæ ut sibi propria succedentes Reges semper reputarunt, et maximè Ferdinandus Septimus qui è Galis redux, anno millesimo octingentesimo decimo quarto, hæc jura et recog-

novit et renovavit. Elizabetha tandem quanti hæc Divam faciat, cultu qui per ipsam Deiparæ eon templo tribuitur, muneribus verè regis, quæ ipsi incessantè offert, frequentibus visionibus, quibus eam salutat, pluribusque aliis quotidie mirabili pietate ostendit. Tu. *ij.*

LECTIO 6.

Miraculorum à Deiparâ per hæc ejus Imaginem patrorum universis orbis fidelis testis apparet, nam Hispanorum copia, ipsâ dtece, per quatuor mundi plagas, vel ab hostibus salvæ evaserunt, vel ad viciorum veloci pede curruerunt. Idè est, quod et ovania eorum signa, et capta ex adversariis vexilla in de Atocha Fano ex muris gloriosè pendunt. Matritensis verò urbs præsertim hujus Virginis operam illius experta est, per ipsam evadens libera et à pestifera lue, et ab imminentiibus ægrotationibus, et à plurimis aliis gravissimis cladibus, quibus misere affecta non rarò fuit. Undè devotio erga eam et populi accursus ad hoc Beatæ Virginis templum quotidie crescit, Pontificibus Romanis hunc cultum approbantibus, et thesaurus Ecclesiæ illud visitantibus aparentibus. Patribus Dominicæ ex eo cœnobio expulsus, Presbyteri sæculares eorum locum, Regiæ gratiæ et pietate, obtinent. Tu. *ij.*

IN III. NOCT.

Leccio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turbâ dixit illi: Beatus venter qui te portavit. Et reliqua.

Homilia S. Procli Ep. Cyzisi.

Habit. in Conc. Constantin. — Conc.

Ephes. p. 1. c. 1. Concil. T. V. p. 13.

Sacra Deipara MARIA in unum nos coegit. Hæc illibata virginitalis purus ille thesaurus, decusque et ornamentum: hæc spiritualis secundi Adami paradisi: hæc unitarum inter se naturarum officina: hæc salutaris reconciliationis panegyris: hæc thalamus, in quo Verbum humanam carnem sibi desponsavit: hæc animata natura rubus, quem divini partis ignis non combussit: hæc verè levis illa rubes quæ super cherubim sedentem in corpore suo gestavit. Tu. ¶

LECTIO 8.

Hæc vellus mundissimum celesti pluvia madens, ex quo Pastor ovem induit: hæc ancilla est et Mater, Virgo et cælum: hæc sola pons est, per quem Deus ad hominem descendit. *Lect. 9.* Hæc admiranda illius æconomiæ tela, in qua ineffabili quodam modo admirabilis illius unionis tunica confecta est, cujus quidem textor extitit Spiritus Sanctus; necrix virtus ex alto obumbrans; lana vetusta Adami pellis; trama impolluta Virginis caro, radius lectioris immensa gestantis gratia, artifex Verbum per auditum illapsum. Quis vidit, quis audivit talia? Tu.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Malhareensis de Fonte. *Gumpenb. 439.* Inter Babiloniam et Heliopolim medio ferè loco est hortus balsami, qui irrigatur à fonte parvo, sed ubere, in quo fama est Deiparam JESUM Filium sæpè lotum. Est et ibidem lapis super quem dicitur siccasse pannos, et Sacellum eo edificatum loco quo aliquantisper Deipara habitavit. Sarraceni nunc illius Sacelli domini, habent eam

in veneratione, et lampadem accendunt. Altare quod est inibi, Deiparam exhibet ab antiquo. Beneficia de manu Virginis etiã hodiè eo in loco recipiuntur. Tu.

Te Matrem.

Ad Bened. ant. Reges terræ venient ad te curvi, et adorabunt vestigia pedum tuorum.

GANON.

Ex Innocentio Papâ Duodecimo. *Const. Pii orth. An. 1692.—Bull. Roz. T. 9. p. 258.*

404. Ut die Sabbati Sancti singulis annis post absolutam Missam solemnem in Capellâ Regiâ Sanctæ MARLE de Atocha Oppidi Matritensis, tres Missæ tantum juxta antiquam et memorabilem consuetudinem... celebrari possint, concedimus. Tu.

Vesper. à Capit. sequent.

DIE XVIII. SEPT.

PUDICITIÆ B. MARLE V.

Duplex.

Non propria de Commun.

Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus, humilitatis gratiam peccatoribus nostris, quaesumus, infunde, ut qui Pudicitiam intemeratæ Virginis recolimus, in acibus nostris tibi placere valeamus. Per Dominum.

AD MATUTIN.

HYMNUS 89. *J. Commirii.*

Virgo, cui par est nihil, aut secundum:

Omne quam terræ latus experitur
Unicè lenem: placidas pudico
Corpore mentes

Fac tui, nexu scelereum soluti,
Ut gerant: molles nec eis cupido
Igne succendat velito medullas,
Iraque tristis.

Da dies labi sine lahe puros;
Da poli sternens iter, ad beatos

Filii amplexus, et amena lûcis

Tendere regna.

Patris ac Nati recinent laudes,
Mutuum linguæ celebrent amorem:
Omnis et mundi plaga tres in uno
Numine adoret. Amen.

Lection. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

Sermo S. Thomæ Arch. Valentini.

Concio 1. in festo Ann. B. M. V.

LECTIO 4.

Quæ cum audisset turbata est in sermone ejus. Ad primum autem aspectum Angeli turbata est valde, vultusque ejus palluit præ timore. Ecce pudicitiam, ecce verecundiam. Nihil pavidius, nihil timidius virginibus castis, utpote quæ pretiosum in vase fictili scint se possidere thesaurum. MARIA ad Angeli aspectum erubuit, ut vos Virgines virorum fugiatis consortium. Nolo Virginem loquacem, nolo urbanam, nolo facetam; sed verecundam, tacitam, timidam, et quæ inspicere virum, aut alloqui erubescat. Tu. ¶

LECTIO 5.

Sed nunc cætera prosequamur: plurima dixerat Angelus, longo verborum ambitu suam plene legationem expresserat, necdum à Virgine verbum auditur. Attendite modestiam, considerate silentium. Quàm decora taciturnitas in femina! Quid in Virgine pulchrius quàm loquendi modestia? Non interrupit loquentem, non præcipit responsum; sed velox ad audiendum, tarda ad loquendum: prius patienter audit, et post modum sapienter respondet. Tu. ¶

LECTIO 6.

Longas Angelo concessit inducias, sibi autem respondendi brevissimas methodos destinavit. Neque prima silentium rumpit, quum de pudore fieri sermonem agnovit. Sola hæc

solicitude MARLE potuit superare silentium. Quomodo, inquit, fiet istud, quoniam virum non cognosco? O miram pudicitia curam! O inestimabilem castitatis amorem! Mater Dei ab Angelo pronuntiatur, pro sua virginitate sollicitatur. Deum habitura est Filium, et de suo pudore quaestionem facit; neque tanto pignore puritatis damnata compensat. Tanta erat in eâ puritatis sanctimoniam dilectio. Tu.

IN III. NOCT.

LECTIO S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 29.

In illo tempore: Cum audisset MARIA Angelum, turbata est in sermone ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et reliqua.

Homilia S. Antonini Ep. Florentini.

In Salutat. Angel. c. 18. §. 7.

Ista turbatio fuit quidam timor. Undè dicit ibi glossa: ex verecundia pavet. Et alia ibi Glossa: trepidare Virginem est, et ad omnes viri affatus timere. Timor autem secundum Joannem Damascenum, reperitur in verecundia, quæ est timor in magnâ imaginatione, et in stupore, qui est timor ex inconsuetâ imaginatione. Tu. ¶

Bened. Cujus pudicitiam.

LECTIO 8.

Et erubescencia quidem, seu verecundia, seu pudor, quod idem est, dicit Joannes Damascenus, quod est optima passio, et præcipue in juvenibus et mulieribus, quia per hanc à multis se abstinent. Undè Ecclesiasticus: gratia super gratiam mulier sancta et pudorata. Tu. ¶

LECTIO 9.

Cum ergo beata MARIA nullius boni caruerit, ergò et hoc scilicet methodos destinavit, quæ in se bona est, habuit. Non autem habuit erubescencia, in quantum erubescencia

dicitur timor de turpi, quia nihil turpe, id est, vitiosum sciebat esse in se. Sed in quantum est timor de re magna et inconseueta, que magis propriè dei debet admiratio vel stupor. Magna erat, et inusitata tanta laudatio in salutatione. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Hieronymo Presbytero.

Ad Paul et Eustoch. c. 17.

405. Nunquam Beata Virgo MARIA sine pudoris sui custodie processit, et ideo si placet vobis talis ac tanta Virgo, placeat et opus virtutis, cuius vita omnium est disciplina, cuius mores instituta sunt Ecclesiarum, que præcælit cunctos, supereminet universis. Tu.

DIE XIX SEPT.

B. V. DE GARAZONIA.

Semiduplex.

Lechon. 1. Noct. Feriæ.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Gonosus ad ann. 1320.

Beata Virgo Deipara sub titulo de Garazonia in Provincia Bigorrensi diocesis Auxitane colitur. Puella duodecim annorum pascabat oves patris sui, cum apprensus ei Deipara, iussit ut patrem pergeret, diceretque ei, ut cives Montis-leonis moneret (unâ enim leuâ à loco illo distabat), quatenus Ecclesiam ad honorem beate Virginis construere in loco, ubi appaerarat. Puella intrepide respondit se profecturam esse, dummodò ipsa vellet gregis sui habere curam necnon sacculum suum, et panem intus positum servare. Promisit beata Virgo. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Puella autem pergens ad Patrem,

nuntiata que viderat, et audierat. Qui cum esset simplex, nullâ interpositâ morâ, iuui ad consules, qui primùm eum duriter adiecerunt. Ille redit ad filiam, narratque omnia que acciderunt, que etiâ pergens ad locum, retulit Beate Virgini patris responsum. Sed à Deiparâ iterum eandem visionem nuntiare iussa, prius accessit ad sacculum, ut inde extraheret panem, ut deferret patri, et loco panis nigerrimi inuenit panem unum albissimum, quem gestiens præ gaudio detulit patri, pater verò consulibus. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Cum autem miraculum hoc per urbem divulgatum, venisset ad aures Parrochi, monuit cives, ut crederent visioni, nec honorem sibi à beatâ Virgine oblatum refugerent. Quare processionalitèr ad locum pergentes, plantaverunt crucem, deinde ex piorum elemosinis sacellum ædificatum fuit. Post modum successit temporis insignis accevit Ecclesia, in qua tot et tanta sunt patrata miracula circa agrotos, ut populus, corrupto vocabulo, eam appellaverit Bealam Virginem Garazonia, seu Curatlonis. Tu. ꝑ.

Homilia de comm. 3. Loco.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. de Vinovo. *Gumpenb. Imag. 446.*

Vinovi in Sabaudia inventa fuit à quodam rustico venustissima Deiparâ Imago, quæ decretâ pompâ templo parrochiali illata est. Sed (ut solet Virgo) postero die eodem in loco reperta, iterùm ac tertio in templo transportata, iterùm ac tertio reperta, satis docuit agrum sibi placere præ vico. Haque sanctissimæ Iconi sacellum ædificatum

est, quod hodiè erant Patres Carmelitani. Miracula ibi non sunt infrequentia. Tu. Te Matrem.

Vesperæ de sequent.

DIE XX SEPT.

SEPTEM DOLORUM B. M. V.

Duplex 2. Classis.

IN I. VESPER.

Antiph. 1. O vos omnes qui transitis per viam, attendite et videte, si est dolor sicut dolor meus. *Psalmi ut in 1. vesper. solemnitat.*

2. Vadam ad moniem myrrhæ, et ad collem thuris.

3. Cor meum conturbatum est in me, et defecit in dolore virtus mea.

4. Misericordiam mei, misericordiam mei, saltem vos amici mei.

5. Gemitus Matris tuæ noli oblivisci, ut periciat tibi gratia et benedictio.

CAPITULUM. *Jerem. 8. 21.*

Super contritione Filie populi mei contritus sum, et conturbatus, stupor obtinuit me.

HYMNUS 90. *Brev. Roman.*

Summe Deus clementia,

Septem Dolores Virginis

Plagasque JESU Filii

Fac rite nos revolvere.

Nobis salutem conferant

Deiparæ tot lacrymæ,

Quibus lavare sufficis

Totius orbis crimina.

Sit quinque JESU vulnerum

Amara contemplatio;

Sint et dolores Virginis

Æterna emellis gaudia.

Æternus hoc donet Pater

Redemit ut quos Filius

Planctus MARIE Virginis

Ad summa ducat gaudia. Amen.

Hæc Doxol. dicitur in hymnis huius festivit.

ꝑ. Ora pro nobis, Virgo dolorosissima.

ꝑ. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat. ant. Audierunt, quia ingenisco ego, et non est qui consoletur me: subversum est cor meum in me melipsâ, quia amaritudine plena sum. *Oratio de Laud. Complet. de Dominicâ.*

AD MATUTIN.

Incitator. Septem Dolores beatissimæ Virginis recolentes: Christum ejus Filium pro nobis in cruce mortuum, venite adoremus.

HYMNUS 91. *Br. Carm.*

Lacrymæ Matris profluent, Cordis crucis orbis gemitus, Dum Crucis orbis Conditor Suspensus est patibulo.

Dum tot tuetur vulnera, Rivos fluentis sanguinis, Possumque pectus lanceæ Suo cruceum fert pectore.

Doloris ensem sentiunt Patre Parentis viscera, Cum JESUS dirè moritur, Pro reis factus hostia.

Illi tantum compatitur, Quod secum ferè moritur: Nullus dolor amarior Nam nulla proles carior.

O MARIA, Mater pia, Spes unica fidelium, Tuâ prece mellifluâ Natum redde proptium.

Æternus hoc donet Pater, &c.

IN I. NOCT.

Ant. 1. Vide, Domine, quoniam tribulor: conturbatus est venter meus. *Psalmi de Dom. p. 2.*

2. Positus est hic in signum, cui contradicetur.

3. Animam tuam, Virgo sacra, doloris gladius pertransiit.

ꝑ. Regina Mariÿrum, ora pro nobis.

ꝑ. Quæ juxta crucem JESU constitisti.

De Lamentatione Jeremiæ Prophetæ.

LECTIO 1.

Plorans ploravit in nocte, et lacrymæ ejus in maxillis ejus; non est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus: omnes amici ejus spreverunt eam, et facti sunt ei inimici. . . . O vos omnes, qui transitis per viam attendite, et videte si est dolor sicut dolor meus. Tu.

¶ Simeon vir justus et timoratus dixit ad MARIAM: * Tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit. ¶ Ne me vocetis pulchram, sed amaram, quia amaritudine valdè replevit me Omnipotens.—Tuam.

LECTIO 2.

c. 20.

Vide, Domine, quoniam tribulor, conturbatus est venter meus: subversum est cor meum in me metipsa quoniam amaritudine plena sum: foris interfecit gladius, et domi mors similis est. Audierunt, quia ingemisco ego, et non est qui consoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum: lætati sunt, quoniam tu fecisti: addixisti diem consolationis, et fient similes mei. Tu.

¶ Surge, et accipe puerum, et Matrem ejus, et fuge in Ægyptum: * Et esto ibi usque dum dicam tibi. ¶ Vocavi filium meum ex Ægypto, ut veniat salus in Israel.—Et esto.

LECTIO 3.

2. 13

Qui comparabo te, vel cui assimilabo te, filia Jerusalem? Cui exequabo te, et consolabor te, Virgo, filia Sion? magna est enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui?... Plauserunt supra te manibus omnes transeuntes per viam: sibilaverunt, et moverunt caput suum super filiam Jerusalem: Hæcine est urbs, dicentes,

perfecti decoris: gaudium universæ terræ. Tu.

¶ Fili, quid fecisti nobis sic? * Ecce Pater tuus, et ego dolentes quærebanus te. ¶ Quid est, quod me quærebatis? In his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse.—Ecce.—Gloria.—Fili.

IN II. NOCT.

Ant. 1. Surge, et accipe puerum et Matrem ejus, et fuge in Ægyptum.

2. Repulsa est à pace anima mea, et obliata sum honorum.

3. Recens natus è collo Matris pendens cum ipsa Matre fugere conatur.

¶ Fasciculum myrrhæ dilectus meus mihi.

¶ Inter ubera mea commorabitur.

Sermo. S. Bernardini Senensis.

Serm. de Nom. Mariæ art. 3. c. 4

LECTIO 4.

Multum siquidem dolet mater, quando audit morte terribili filium suum mori: sed maxime cruciatur, quando ante oculos suos videt filium suum vulnerari, atque occidi. Quanto ergò dolore Virgo benedicta cruciatur, quando videbat Filium suum mortuum tantâ confusione, et cruciatur, et tunc oculos suos? At magna consolatio est matri, quando assistit filio morienti, et in aliquo potest subvenire illi. Sed beata Virgo in nullo potest subvenire Filio suo. Audiebat corpus ejus vulneribus lacera- tum, nec poterat ejus vulnera alligare, et aliquod remedium adhibere. Tu.

¶ JESUM bajulantem sibi crucem * Sequēbatur beata Virgo MARIA, quæ plangebat valdè, et lamentabatur eum. ¶ JESU, Fili mi, Fili mi JESU, quis mihi tribuat,

ut moriar pro te.—Sequēbatur.

LECTIO 5.

Cernebat corpus illius cruciatum, nec poterat linleo abstergere et providere. Considerabat ipsum malè tenere caput, et illud non poterat sustentare. Conspiciebat eum in cruce flentem, et lacrymas eius tergere non valebat. Prospiciebat sanguinem ejus in terram fluentem, et illum recolligere non poterat. Contemplabatur ipsam animam expirantem, et illum non poterat osculari et amplexari. Proinde dicere poterat. Mulier infelix nimis ego sum! Quando igitur Virgo MARIA hæc omnia perspexit, et apud se de omnibus isis contulit, nunquid nonsummam amaritudinem habuit. Tu.

¶ Postquam venerunt in locum qui dicitur Calvaria, ibi crucifixerunt eam: * Stabat autem juxta crucem JESU Mater ejus MARIA.

¶ Plange eum, Domina, et dole super eum, sicut doleri solet Mater in morte unigeniti sui.—Stabat.

LECTIO 6.

Verè igitur amarum mare MARIA, in quo tot fluctus, et flumina amarissima intraverunt. Singula quidem circumstantia passionis quasi flumen singulum est doloris, et per consequens amaritudinis. Propterea ad eam meriti dici potest illud Threnorum: magna velut mare contritio tua. Et hoc mare per impatientiam non redundabat, sed omnia ista flumina in se per sustinentiam absorbebat. Sicut mysticè scriptum est: omnia flumina intrant in mare, id est, in MARIAM, et mare non redndat, scilicet per impatientiam: redundat tamen in nos per eam mare largitatis divinæ, quia de plenitudine ejus accepimus omnes in præsentem gratiam, et in futuro gloriam. Tu.

¶ Joseph ab Arimathea * Pe- liit corpus JESU, quod de cruce depositum in suo complexu Mater excepit. ¶ Dolens Sunamitis sinu et genibus suis sustinuit mortuum Filium.—Peliit.—Gloria.—Joseph.

IN III. NOCT.

Ant. 1. Remansit puer JESUS in Jerusalem, et non cognoverunt Parentes ejus.

2. Indica mihi, ubi cubas, ubi pascas in meridie, ne vagari incipiam.

3. Noctes insomnes ducebat Virgo in lacrymis, et sollicita quærebat reperire Filium.

¶ Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte.

¶ Dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus?

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7.

c. 19. 25.

In illo tempore: Stabant juxta crucem JESU Mater ejus, et soror Matris ejus Maria Cléopha, et Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia S. Anselmi Episcopi.

De Excell. Beate Virg. c. 5.

Cum ad ipsam Christi passionem ventum fuisset, et ipse cruce afflixus hinc ipsam Matrem suam, hinc Discipulum quem diligebat propè stantes intuitus esset, ne Matrem penitus orbatam relinqueret, ei præsentem Discipulum suo loco in Filium surrogavit: Mulier, inquit, ecce filius tuus. O commutatio! pro æterno, et incommutabili Deo parum et corruptibilem hominem: pro naturali et unico Filio servum accipit in filium. Tu.

¶ Quis tibi sensus fuit, ô Mater dolorum! * Dum Joseph Filium sine done involvit, et posuit eum: in monumento. ¶ Considerate, et vide-

Die XX. Septembris.
le, si est dolor, sicut dolor meus.
—Dum.

Benedictio. Cujus Dolores recolimus.

LECTIO 8.

O Domina, quæ precor in te sibi succedebant, cum tam inæstimabilem commutationem ab ipso, quem super omnia diligebas, tibi fieri audiebas? Verè pertransiuit animam tuam gladius doloris, qui tibi amarior fuit omnibus cuiusvis passionis corporeæ: quidquid enim crudelitalis inflicium est corporibus martyrum leve fuit, aut polius nihil comparatione tuæ passionis, quæ nimium suâ immensitate transfixit cuncta penetralia tua, tuique benignissimi cordis infima. Tu.

¶ In toto corde tuo gemitus Matris tuæ ne obliviscaris, * Ut perficiatur propitiatio, et benedictio.
¶ Ave princeps generis, mar-
tyrumque prima rosa, virginumque filium.—Ut.—Gloria.—Ut.

LECTIO 9.

Et utique, pia Domina, non crediderim te potuisse ullo pacto stimulos tanti cruciatus, quem vitam ammitteres, suscinere, nisi ipse spiritus vitæ, spiritus consolationis, spiritus scilicet dulcissimi Filii tui, pro quo moriente conquereris, tantopere torquereris, te confortaret, te consolaretur, te inuis doceret, non esse mortem eum absumentem, sed magis triumphum omnia ei subjicientem, quod in ipso fieri coram moribundo videbas. Mortuus est lamen, et ab oculis tuis te expectante sepulchro reclusus. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES.

Et per Horas Antiphonæ.

1. Ecce positus est hic in ruinam, et in resurrectionem multorum in Israel. *Psalmi de Domin.*
p. 7.

Septembris.

2. Fuge in Ægyptum, * et esto ibi usque dum dicam tibi.

3. Ecce pater tuus * et ego dolentes quærebamus te.

4. Exiit JESUS bajulans sibi crucem, in eum qui dicitur calvariam locum.

5. Et inclinato capite * tradidit Spiritum.

CAPITULUM. *Jerem.* 8. 21.

Super contritione Filiaæ mundi contritus sum, et contrisatus, stupor obtinuit me.

HYMNUS 92. *Br. Carm.*

Mentes pungant fidelium
Dolores et suspiria,
Matris Christi dum viscera
Pena torquentur aspera.

Dum stat crucis sub stipite,
Videns pendentem Filium,
Præ spiritus angustia
Est liquefacta penitus.

Exors viri quæ concipit,
Expers doloris peperit,
Merens dolores pertulit,
Quos pariens non senserat.

Hoc ille justus Simeon
In spiritu prædixerat,
Amplexibus dum parvulum
Fovens piis adstringeret.

Auxil dolores Filii
Matris dolor, ut anxia
Matris dolor doloribus
Sic ingravescit Filii.

Qui MARIAM diligitis
Vos, ejus et suspiria
Et gemitus recolite
Et dira Christi vulnera.

Æternus hoc donet Pater,
Redemit, ut quos Filius
Placuit MARLE Virginis
Ad summa ducat gaudia. Amen.
¶ MARIA Virgo, per virtutem
tot dolorum.

¶ Fac nos gaudere in regno cœlorum.

Ad *Benedict.* ant. Unus militum lanceâ latus Christi aperuit, et cor

immaculatam Virginis dirè pertransiuit.

Oremus.

Deus in cuius passione secundum Simeonis prophetiam, dulcissimam animam gloriosæ Virginis et Matris MARLE doloris gladius pertransiuit: concede propitius, ut qui dolores ejus venerando recolimus passionis tuæ effectum felicem consequamur. Qui vivis.

AD PRIMAM.

Ant. Ecce positus. *Capitul.* Super contr. *de Laudibus.*

¶ *br.* Quæ septem Dolorum gladiis transverberata fuisti.

CANON.

Ex Decreto S. Rituum Congregationis.

18. Sept. 1814. *Mon. Eccl.* n. 435.

406. Ad preces serenissimi Caroli Emmanuelis Sardinia Regis statuitur, ut Dominicâ tertiâ Septembris celebretur in Ecclesiâ universali alterum Festum Dolorum Beatæ MARLE Virginis sub ritu duplici majori. Tu.

AD TERTIAM.

CAPITULUM. *Thren.* 1. 16.

Ego plorans, et oculus meus deducens aquas: quia longè factus est à me consolator convertens animam meam.

¶ *br.* Dolor meus * Super dolorem.—Dolor.

¶ In me cor meum merens.—Super.—Gloria.—Dolor.

¶ Ne avertas aurem tuam.
¶ A singultu meo et clamoribus.

AD SEXTAM.

CAPITULUM. *Jerem.* 31. 16.

Quiescat vox tua à ploratu, et oculi tui à lacrymis: quia est merces operi tuo, ait Dominus.

¶ *br.* Recedite à me, * Amarè flebo. Recedite. ¶ Nolite incumbere

Die XX. Septembris.

re, ut consolemini me.—Amarè.—Gloria.—Recedite.

¶ Quis dabit capiti meo aquam. ¶ Et oculis meis fontem lacrymarum.

AD NONAM.

CAPITULUM. *Thren.* 2. 18.

Deduc quasi torrentem lacrymas per diem, et noctem: non des requiem tibi, neque laceat pupilla oculi tui.

¶ *br.* Oppressit * Me dolor. ¶ Oppressit.—Et facies mea intumuit à fletu.—Me.—Gloria.—Oppres-

¶ O vos omnes, qui transitis per viam.

¶ Attendite et videle, si est dolor sicut dolor meus.

IN II. VESPER.

Ant. 1. Animam tuam gladius pertransiuit, quandò crudelis lancea Filio jam mortuo latus aperuit. *Psalmi ut in 2 Vesp. Solemn.*

2. Sicut non fuit amor, sicut amor ejus; ita non fuit dolor similis dolori ejus.

3. Quem olim pariendo non habuit, milliès geminatum Filio moriente dolorem sustinuit.

4. Tantis fuit dolor Virginis, ut si in omnes creaturas, quæ pati possunt, divideretur, omnes subito interirent.

5. O mater! tecum pati labores, tecum mori desidero, septem tuos Dolores dum plango, dum considero.

*Capitulum de Laudibus.*HYMNUS 93. *Mærkel.*

MARIA septem tangitur
Pectus tuum mucronibus,
Sed mille penis angitur,
Et mille punctioibus.

Quæ Simeon præsciens!
O! quæ doloris spicula!
Quæ figit infans vagiens
Inter fugæ pericula!

Quandò tibi non cernitur
Tribus diebus passio;
Quandò crucis substernitur,
Quæ plaga, quæ confusio!

Ejus cruenta passio,
Ejus tibi suspensio,
Amoris est compassio,
Doloris est incendium.

Cordis tui languoribus
Exanguè corpus stringitur;
Et fluum liquoribus
Lapis sepulchri tingitur.

O Virgo Mater unica
Vitalis instar muneris,
Cordi meo communica
Tanti doloris funeris.

Et tu beata Trinitas
Fac, ut fruar favoribus,
Quos indidit Divinitas
Matris meæ doloribus. Amen.
ÿ. Sit nobis vita mors Filii Dei
Patris.

ÿ. Prece devotâ suæ piissimæ
Matris.

Ad Magnificat. ant. Virgo Mater
Christi, quæ juxta crucem in vivo
animo adstisti, præparata mori
cum Filio, Deum reddo nobis tuis
precibus placatum.

DIE XXI. SEPT.

B. M. V. DE REMEDIO.

Duplex.

Oratio.

Omnipotens Sempiternè Deus,
qui per beatissimam Virginem MA-
RIAM remedium omnibus malis ap-
posuisti: concede propitiis, ut qui
eam sub titulo de remedio colimus,
ab omnibus semper erutamur adver-
sis. Per Dom.

Lectio. 1. Noct. de Scripturâ.

IN II. NOCT.

Ex Verbis Idiote viri sanctissimi
in contemplatione de B. V. M.

LECTIO 4. c. 1.

Inter omnia opera æterni Opificis,

post operationem illam, quâ natu-
ræ nostræ unius est Filius tuus,
speciale opus fuisti, ò beatissima
Virgo MARIA. Qui ad hoc te fe-
cit, ut quod de primo opificio fue-
rat deformatam, per te reformare-
tur. Hic enim summus Opifex pri-
mò considerat angelicam naturam,
quæ in parte ceciderat, et huma-
nam, quæ corrupta erat: et cor-
poream inferiorem, quæ peccato
hominis fuerat deterior effecta.
Tu. ÿ.

LECTIO 5.

Sed ad hæc omnia, fecit te Deus,
Virgo MARIA Sanctissimam, ut ex
tuo super benedicto fructu angeli-
ca natura repararetur, humana
renovaretur, inferior à servitute li-
beraretur. Edificavit ergò Ange-
lis te reginam; hominibus medi-
cinam; creaturæ inferiori liberta-
tem. Ideo dicitur: sapientia ædi-
ficavit sibi domum, id est, te Vir-
ginem MARIAM; ut in te habita-
ret per humanæ naturæ assump-
tionem. Tu. ÿ.

LECTIO 6.

Et non solum tibi ipsi soli te fecit;
sed te Angelis dedit in instauratio-
nem, hominibus et nostræ naturæ
in reparationem, inferiori creatu-
ræ in liberationem, sibi in matrem,
dæmonibus in hostem, detentis in
limbo in ereptionem. Nam in prin-
cipio, cum ceciderant angeli, na-
tura erat corrupta, Deus offensus,
et diabolus victor. Sed per te, ò
super benedicta Virgo MARIA, in-
nocentia reparatur, vita angelica
reducitur, Deus homini pacificatur,
et unitur, diabolus vincitur,
et conteritur, quia de te scribitur:
ipsa conteret caput tuum. Tu. ÿ.
Homil. de Comm. pro duplicibus.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. de Acrenâ.

Gumpenberg. Atlas Marian. Imag.
456.

Acrenæ in Hannoniâ Deiparæ sa-
era Imago colitur, quæ è quæ-
cu est, tres pedes alta. Sedet Ma-
ter et JESULUM in gremio gestat.
Clarescere hæc statua caput, pri-
mum pro lapsione turris, quandò
inter acervos lapidum et rudera
dejecta mollis illasa omnino repe-
ta est Imago. Allerum quod hæc
ipsa statua è naribus prodigiosis-
simum sanguinem emisit, nun-
quam audio miraculo, qui in lip-
sanarium collectus, multis deinde
etiã remedium fuit. Exinde jam
ab illis temporibus ad hunc us-
que diem in ejus altare concursus,
et miraculorum patratio. Tu. Te
Matrem.

CANON.

Ex Alexandro Papâ Septimo.
Const. 55. Exponi nobis. an 1655.
Tom. VI p. 4. pag. 66.

407. Privilegia, gratias et in-
dulta Confraternitatis Beatæ Vir-
ginis de Remedio nuncupatæ à
Prædecessoribus nostris concessa...
apostolicâ auctoritate tenore præ-
sentium approbamus, et confir-
mamus. Tu.

Cum 2. vesper.

DIE XXII. SEPT.

D. V. VALENCENENSIS DE BONA

SPE.

Semiduplex.

Lect. prim. Noct. de Feriâ.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Ex Gumpenb. Imago 156.
Non longè ab urbe Hannoniæ Va-
leucensis situm est templum beate
Virginis de Bonâ spe, concursu pe-
grinorum et miraculis celebre.
Tantæ pietati hæc fuit origo anno
millesimo sexentesimo vigesimo
quinto. Non habentes studentes è

societate JESU, ut alibi, ullam am-
bulationem, quæ ad sacellum quod-
dam Deiparæ duceret, de loco
consilium ineunt, quo Virgo à
deambulantibus post hæc visitare-
tur, maximè postquam unus sta-
tuum produxit Foyensi parem. Sed
non diù quærentibus quærens ob-
jecta oculis est, ad quam per
amplam perveniebatur planitiem.
Tu. ÿ.

LECTIO 5.

Illi igitur, decurso protinus cam-
po, locum in quercu statuae parant,
ablato cum ramentis cortice, tum
è comportatis arborum vicinarum
habitationem construnt, sac-
cello non absimilem, tum etiã
et candelas sanctæ imagini accen-
dunt, et nonnulla, quæ secum at-
tulerunt, ornamenta addunt; et
quia magna sperabant, Matrem bo-
næ spei terque quaterque incla-
mant, laboremque dimidii diei
precatioibus Virgini gratis conclu-
dunt. Tu. ÿ.

LECTIO 6.

Accrescente deinde in Virginem cul-
tu, jucundum fuit Duci Arschotano
suo in cespitè hæc fieri. Templum
itaque suo are (quanquam et urbs
de suo dedit) molitus est, mole non
grandi, sed quæ deinde Carmelita-
norum cœnobio auctum est. Nocue-
runt non parùm loco bella superi-
volitica (et præcipuè Gallicana re-
voluita, quæ ferè omnino Sacellum
destruxit). Constat sibi tamen ad-
huc cum famâ miraculorum sacæ
locus. Tu. ÿ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO. 7. c. 11. 27.

In illo tempore: loquente JESU ad
urbas, extollens vocem quædam
mulier de turba, dixit illi: Beatus
venter qui te portavit. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abb.

In meditat. super Salve Regin.
 Sub tuo regimine, Domina, volo de cætero militare. Me totalitèr dominationi tuæ committo, ut plenariè me regas, nihil meæ insipientiæ dimittens de meo regimine. Quidquid enim mihi demiseris, noveris miserimè destruendum. Sed cum plenus sim miseriat à vertice usque ad pedum plantas, et putrefactus, foetorem gravem et horrorem quomodò dignaberis regere tam nobilis creatura? Quia tu es Regina misericordiæ. Et qui sunt misericordiæ subditi nisi miseri? Multum es sollicita de miseris, hos in tuos filios adopla, hos regere, Domina, voluisti: et idèò Regina misericordiæ vocaris. Tu. ꝑ.

LECTIO 8.

O Domina, que rapis corda hominum dulcore, nonne cor meum, Domina, rapuisti? Ubi quæso posuisti illud, ut ipsum valeam invenire? **O** raprix cordium! quando mihi restitues cor meum? Quare sic corda simplicium rapis? Quare violentiam facis amicis? Nunquid ipsum semper vis tenere? Cum illud postulo, mihi arrides: et statim tuâ dulcedine consopitus quiesco. Cum in me reversus iterum illud postulo, me complecteris dulcissima, et statim inebrior tui amore: tunc cor meum non discerno à tuo, nec aliud scio petere nisi tuum. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Sed ex quo est cor meum tuo dulcore sic inebriatum, gubernata illud cum tuo, et in sanguine agni conserva, et in latere Filii colloca: tunc assequar quod intendo, et posideo quod spero, quia tu es Spes nostra. Sperant ergò in te, qui noverunt nomen tuum, quoniam non derelinquisti quærentes te, Domina. Cortè qui sperant in te, multabant forsitudinem: assumunt pen-

nas ut aquilæ, volabunt et non deficient. Quis non sperabit in te, qui etiã adjuvas desperatos? Non dubito, quod si ad te venerimus, habebimus quod volemus. In te ergò speret, qui desperat: qui deficit ad te currat. Tu. Te Matrem.

Vesperæ de sequent.

DIE XXIII. SEPT.

B. M. V. SUB TITULO STELLÆ MARIS.

Duplex.

Ad Vesp. ad Laud. et ad Prim. dicitur sequens

CAPITULUM. *Ecc. 50. 6.*

Quasi stella matutina in medio nebulae: et quasi luna plena in diebus suis luceat.

HYMNUS 94. *Clairè.*

Ave Maris Stella,
 Summi Regis aula,
 Digna Dei Mater
 Manens Virgo semper.
 Sumens illud Ave
 Pignus sortis novæ,
 Imple pacis omen
 Mutans Evæ nomen.
 Solve culpæ vincula,
 Longè fac pericula,
 Mala prociil arce
 Bona cuncta posce.
 Esto nobis Mater,
 Quibus Christus Frater,
 Pro nobis dignatus
 Tuus esse natus.

Virgo singularis,
 Dulcis fons amoris,
 Nos culpis solutos
 Mites fac et castos.
 Vitam præsta puram,
 Gere nostri curam,
 Cælo fac donemur,
 Tecum fac lætemur.
 Patri sit et Nato
 Cum Spiritu Sancto
 Unum laudis munus

Tribus honor unus. Amen.
Ad Magnif. ant. Ipsa est præclara et eximia stella super hoc mare magnum et spatiosum sublimata, micans meritis, illustrans exemplis.

Oratio.

Omnipotens sempiterna Deus, qui gloriosissimam Filii tui Matrem super hujus mundi spatiosum mare velut Stellam fulgidam sublimasti: præsta quaesumus, ut ipsam fidelitèr sequentes ad æternum paradisi portum perducamur. Per eundem Dominum.

AD MATUTIN.

HYMNUS 95. *Joan. Houdem.*
 Respiret naufragus in mundi pelago:

Tranquilat pelagum MARIA naufrago:

Hoc mare turbidum nautis elucidat,
 Per hanc fit lucidum, quod Eva turbidat.

Trans fretum navigat fretus remigio,
 Securo remigat nauta navigio,
 Si navis fragitur, hoc est confugium:

Ad hanc si fugitur, non fit naufragium.

Ad hanc qui pungitur respectans anguium,

Ultrà non angitur viri pungentium:
 Ad hanc si respicit, qui mari mergitur,

Per hanc emergerit, ab hæc respicitur.

O Sydus oriens, ut solem parias,
O Solem pariens, per quem tu radias:

O Mater Numinis, quod servis superat.

O Mater Hominis qui ventis imperat.

Nos apud Filium reos consilia,
 Reis consilium da regis filia,
 Ut trahat homines ad se dux Virginum,

Clamat ad Virginem gemens cor hominum. Amen.

Lection. 1. Noct. ut in Dom. X. Infantæ. p. 67.

IN II. NOCT.

Sermo S. Antonini Arch. Florentini.

Sermo in Epiph. Dom. §. 2.

LECTIO 4.

Orietur Stella ex Jacob, id est, Virgo MARIA ex illo Patriarchâ, et populo Judæorum ab eo originem habente. Et qualis sit ista Stella, seu cui similis declarat Ecclesia ad ejus venerationem sæpè decantans: ave maris Stella. Stella autem maris idèò maris stella dicitur, quia dirigit navigantes per mare aspirantes ad eam, et sine ductu ejus de facili homines submergerentur. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Ex hæc autem Stellâ radius ad nos diffunditur misericordiæ et bonitatis. Bonum, ut dicit Dionysius, est suipsius diffusivum, et communicativum, et quia ipsa super omnes creaturas bona, idèò bonitatem suæ misericordiæ, et beneficiorum ad nos effundit. Ad hanc igitur Stellam oportet aspicere, et effectum bonitatis ejus et misericordiæ humilitèr implorare. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Undè Fulbertus in Sermone. Oportet omnes Christicolos per mare hujus sæculi navigantes attendere ad stellam maris. Hoc si quis ageret, non jactabiliter vanæ gloriae vato, nec tribulationum scopulis alidetur, nec scyllæ voluptatum voragine absorberetur, sed ad portum salutis tutus perveniet. Ipsa enim humilima, ipsa patiens, ipsa virgo purissima, ut imitemur ejus vestigia, et percipiamus ejus misericordiæ suffragia. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum
Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 26.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro. Et reliqua.

Homilia S. Bonaventuræ Ep.
Specul. beate V. Lect. 3.

Considerandum est, quod MARIA interpretatur Stella maris. Hoc optime convenit MARLE, quæ gerit officium Stella maris. Legitur enim et verum est, nautarum mos est, ut cum in aliquam terram navigare disponunt, unum sydus eligunt, cuius signo luce radiante, in eam, quam desiderant, partem, possunt sine errore adduci. Tale certè officium est Stella nostræ MARLE, quæ navigantes per mare mundi in navi innocentie, vel penitentia dirigit ad litus celestis patriæ. Tu. y.

LECTIO 8.

Propter hoc benè innocentiis ait sic: Quibus auxiliis possunt naves inter tot pericula pertransire usque ad litus patriæ? Certè, inquit, per duo, scilicet per lignum, et stellam: idest, per fidem crucis, et per virtutem lucis, quam peperit nobis MARIA maris Stella. (Lect. 9.) Benè autem MARIA Stella maris comparatur propter puritatem, propter radiositatem, et propter utilitatem. MARIA enim est Stella purissima, Stella radiosissima, et Stella utilissima. MARIA est Stella purissima, purissimè vivendo: MARIA est Stella radiosissima, radium æternum pariendo: Et MARIA est Stella utilissima, ad litus patriæ dirigendo. Tu. y.

LECTIO 9.

Commemoratio B. Virginis Veneratæ.

Gunperberg. imag. 589.

In oppido Montani in Germania inferiori quidam hæreticus ausus est Deiparæ sacram statum ferire. Evulnere, ut solet, mox sanguis erupit. Factus inde catholicorum accursus supplicium et vota ferentium, sperantiumque quoquè Deiparam Virginem, ubi sparsisset sanguinem, sparsuram quoquè beneficentia. Neque spe sua frustrati abiere, siquidem admodum sacro, et miraculoso sanguine quàm plurimi cæci, surdi, claudi, et qui aliis vitis et morbis laborarunt, sanati sunt. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES.

HYMNUS 96. L. Massorilli.

Da Parens plebi veniam petenti,
Gaudium mœstis, miseris juvamen,
Naufragis portum, medicamen
ægris,

Præmia iustis.

Dum peragramus fragili carinâ
Hoc fretum crebis resonans procellis,

Dirige ad tutos Cynosura fulgens
Carbasa portus.

Non times scyllæ rabiem cruentam,

Non minas torvæ metui charybdis,
Salva sed transit vada salsa puppis
Te duce nostrâ.

Sit decus summo sine fine Christo,
Sancta quem Virgo genuit MARIA,
Qui Patri compar Spiritui Sancto
Regnat in ævum. Amen.

Ad Benedict. ant. Ipsa est Stella præfulgens, cuius splendor universum orbem illuminat, et calefaciens magis mentes, quàm corpora, fovet virtutes et excoquit vitia.

Vesperæ de sequenti.

DIE XXIV. SEPT.

B. M. V. DE MERCEDE.

Duplex majus.

In utrisque Vesper. in Laud. et
Prin. dicitur sequens

CAPITULUM. Isai. 61. 1.

Spiritus Domini super me, ut mēderer contritis corde, et prædicarem captivis indulgentiam, et clausis apertionem.

HYMNUS 97. Ex offic. ord.
Dei Mater Virgo, de Merc.

Absque casu stella,
Pulchra tanquam luna,
Utique Sol electa.

Nostras audi preces
Tu, quæ captivorum
Miserata questus,
Conteris catenas.

O ter fausta dies,
Quæ conspectu tuo
Sedulum pro volis
Recreasti Petrum!

O nimis profundus
Charitatis ardor!
Sic à culpâ solve
Quos à iugo solvis.

Agit iste grates
Ordo, quem benignâ
Voce demonstrasti
Consecrandam tibi.

Tu, divinâ Parens
Gnatos reple zelo,
Ut corde sequamur,
Ore quod vovemus.

Ei laus, qui simplex,
Personisque trinus,
Contulit MARIAM.
Nobis in Parentem. Amen.

Ad Magnific. ant. Audite, confines Sion: adduxit enim mihi Deus luctum magnum: vidi enim captivitatem populi mei, filiorum, et filiarum mearum.

Oratio.

Deus qui per gloriosissimam filii tui Matrem ad liberandos Christii fideles à potestate paganorum, novâ Ecclesiam tuam prole amplificare dignatus es: præsta, quæ-

sumus, ut quam piè veneramus tanti operis Institutricem, ejus pariter meritis et intercessione à peccatis omnibus, et à captivitate demonis liberemur. Per eundem.

AD MATUTINUM.

Invitator. Laudemus Deum nostrum * In veneratione Beatæ Virginis MARLE de Mercede.

HYMNUS 98. Ex offic. Ord. de
Electa proles maximam Merc.

Tuam Parentem dico:
Per quam fideles eximis
Ab impiorum nexibus.

Videndo Mater optima
Gementium discrimina,
Tribus revelat testibus
Istum pietatis ordinem.

Dignatur inde sumere
Viris ab istis unicum,
Qui à servitute proximum
Se mancipio vindicet.

Captivitatis vincula
Soluta sunt per Virginem:
Ejus sub aras gloriam
Gentes redemptæ plaudite.

Par est, alumni, gratias
Honoris illi pendere,
Quæ nos jubet pro fratribus
Nodos subire barbaros.

Sit laus Patri cum Filio
Qui nos redemit perditos,
Tibique, Sancte Spiritus,
Laus sit per omne sæculum. Amen.

IN I. NOCT.

De Baruch Prophetâ.

LECTIO 1. c. 4. 9.

Audite confines Sion, adduxit enim mihi Deus luctum magnum: vidi enim captivitatem populi mei, filiorum meorum, et filiarum quam superduxit illis Æternus. Nutrivi enim illos cum jucunditate: dimissii autem illos cum fletu et luctu. Nemo gaudet super me viduam et dosatam: à nullis derelicta sum propter peccata filiorum meorum,

quia declinaverunt à lege Dei. Tu.
 y. Animæquior esto populus Dei, memorabilis Israel: * Venundati estis gentibus non in perditionem.
 y. Beata Virgo MARIA liberabit te in fortitudine brachii sui.—Venundati.

LECTIO 2.

Adduxit enim super illos gentem de longinquo, gentem improbam, et alterius lingue: qui non sunt reveriti senem, neque puerorum miserli sunt, et abduxerunt dilectos viduæ, et à filiis unicam desolaverunt. Ego autem quid possum adjuvare vos? Qui enim adduxit super vos mala, ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum. Tu.

y. Dilecti mei ambulaverunt vias asperas: ducti sunt enim ut grex direptus ab inimicis: * Animæquiores estote filii, et proclamate ad Dominum. y. Spiritus Domini super me, ut prædicem captivis redemptionem.—Animæquiores.

LECTIO 3.

Animæquiores estote filii, et clamate ad Dominum, et eripiet vos de manu principum inimicorum. Ego enim speravi in æternum salutem vestram: et venit mihi gaudium à sancto super misericordiam, quæ venit vobis ab æterno salutari nostro. Emisi enim vos cum luctu, et ploratu: reducet autem vos mihi Dominus cum gaudio et jucunditate in sempiternum. Tu.

y. Exierunt abs te pedibus ducti filii tui ab inimicis: * Adducet autem illos Dominus ad te portatos in honore sicut filios regis. y. Venientes venient cum exultatione portantes manipulos suos.—Adducet.—Gloria.—Adduc.

IN II. NOCT.

Ex Brev. Roman. sub. hęc. die.

LECTIO 4.

Quo tempore major feliciorque

Hispaniarum pars diro Sarraceno-
 rum opprimebatur iugo, innume-
 rique fideles sub immani servitu-
 te, maximo cum periculo Chris-
 tianæ fidei abjuranda, amittendæ
 quæ salutis æternæ, infeliciter de-
 tinebantur, beatissima celorum Re-
 gina tot tantisque benigniter oc-
 currens malis, nimiam charitatem
 suam in iis redimendis ostendit.
 Nam Sancto Petro Nolasco:: ipsa-
 met beatissima Virgo serenâ fron-
 te se conspiciendam dedit, et ac-
 ceptissimum sibi ac unigenito suo
 Filio fore dixit, si suum in honorem
 institueretur ordo religiosorum,
 quibus cura incumbere captivos
 et turcarum tyrannide liberandi....
 Tu.

y. Exurge Jerusalem, et vide
 collectos filios tuos, * In verbo sancto
 gaudentes Dei memoriâ. y. In
 conserendo Dominus captivitatem
 Sion, facti sumus sicut consolati.
 —In verbo.

LECTIO 5.

Id ipsâ nocte eadem Virgo San-
 ctissima beato Raymundo de Peg-
 nafort, et Jacobo, Aragoniæ regi
 apparuit, idipsum de religiosis in-
 stituentis admonens, suadensque,
 ut opem pro constructione tanti
 operis ferent. Petrus autem statim
 ad Raymundi pedes, qui ipsi erat
 à sacris confessionibus advolans,
 ei rem omnem aperit, quem etiâ
 oculis instructum reperit, ejusque
 directioni se humillimè subiecit.
 Ad superveniens Jacobus Rex,
 quam et ipse acceperat à beatis-
 simâ Virgine revelationem, exsequi
 statuit. Unde collatis inter se con-
 siliis, et consentientibus animis,
 in honorem ejusdem Virginis Ma-
 tris ordinem instituire aggressi
 sunt sub invocatione Sanctæ MA-
 RIÆ de Mercede Redemptionis
 Captivorum. Tu.

y. Euntes in captivitatem ibant
 et flebant mittentes semina sua:
 Venientes autem venient cum exul-
 tatione portantes manipulos suos.
 y. Convertite, Domina, captivi-
 tatem nostram, sicut torrens in au-
 stro.—Venientes.

LECTIO 3.

Die igitur decimâ augusti anno Do-
 mini millesimo ducesimo deci-
 mo octavo, rex idem Jacobus eam
 Institutionem jam pridem ab iisdem
 sanctis viris conceptam exequi
 statuit, sodalibus quarto voto ad-
 strictis manendi in pignus sub pa-
 ganorum potestate, si pro Chris-
 tianorum liberatione opus fuerit. Qui-
 bus rex ipse arma sua regia in
 pectore delerere concessit, et à Gre-
 gorio nono illud tam præcellentis
 erga proximum caritatis Institutum
 et Religionem confirmari curavit.
 Sed et ipse Deus per Virginem Ma-
 trem incrementum dedit, ut talis
 institutio celeritè ac feliciter totum
 per orbem divulgaretur.... Ut au-
 tem tantû beneficii et Institutionis
 debitæ Deo et Virgini Matri refe-
 rantur gratiæ, Sedes apostolica
 hanc peculiarem Festivitatem cele-
 brari, et officium recitari indulst,
 cum alia ferè innumera eidem ordi-
 ni privilegia pariter contulisset.
 Tu.

y. Etiamsi abducti fueritis ad
 extrema terra, * Indè ego congre-
 gabò vos, et reducam in locum
 quem elegi. y. Salva nos, Domina
 nostra, Virgo MARIA, et congrega
 nos de nationibus.—Indè.—Gloria.
 —Indè.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum
 Joannem.

LECTIO 7. c. 19. 25.

In illo tempore: Stabant juxta cru-
 cem JESU Mater ejus, et soror

Matris ejus, Maria Cleophae, et
 Maria Magdalene. Et reliqua.
 Homilia D. Thomæ Arch. Valentinii.

Concio de Rogation.

Naturalis infantium nos est, quo-
 tiens ab aliquo læduntur, ad matres
 suas statim fugere, et sub earum
 palio se abscondere, ab eisque favo-
 rem et presidium implorare.
 Infantes sumus in hæc vitâ et par-
 vuli, omnia perturbant nos, om-
 nia nos consternat et deterrent, et
 sæpè more puerorum formidamus
 timore, ubi non est timor. (Lect. 8.)
 Si qua ergò tribulatio, si qua præ-
 sursura, si perturbatio, aut pavor
 occurrit, statim ad Virginem sac-
 ram omnes fugiamus. Illa unicum
 presidium nostrum, unicum re-
 fugium, unicum solatium nostrum.
 Tu.

y. Esto Redemptrix nostra, Vir-
 go sacra, ab infernalis servitutis
 iugo, * Atque tuâ virtute dissolve
 catenas peccatorum nostrorum. y.
 Da nobis libertatis gratiam contra
 daemonis jura.—Atque.

LECTIO 8.

Quia ad te, Virgo, clamamus, ad
 te suspiramus exules filii Evæ, ge-
 mentes et flentes. Eja ergò advoca-
 ta nostra, illos tuos misericordes
 oculos ad nos converte. Leva in
 circuitu oculos tuos et vide: om-
 nes isti congregati sunt, venerunt
 tibi. (Lect. 9.) Omnes favorem tuum
 requirimus, omnes favorem tuum
 imploramus. Tu es refugium nos-
 trum à tribulatione, quæ circum-
 dedit nos: exullatio nostra, erue
 nos à circumdantibus nos. Filii par-
 vuli ac timidi ad te confugimus.
 Monstra te esse Matrem, sumat per
 te preces, qui pro nobis natus, tulit
 esse tuus. O virgo, si tu nos despi-
 cis, quis nos respiciet? Si tu nos
 proficis, quis nos defendet? Si tu
 abjicis, ad quem ibimus? ad quem

respicemus? ad quem confugiemus? Tu.

¶ Beata, es, MARIA, Dei genitrix, Patrona, et auxiliatrix nostra: * Cujus nutu hæc tua ad fidelium redemptionem instituta est Religio. † Tuâ sanctâ intercessione adjuvanos, Virgo immaculata.—Cujus.—Gloria.—Cujus.

LECTIO 9.

Commemoratio B. Virginis de Najara.

Gumpenb. Imag. 589.

Sub annum millesimum quadragessimum octavum Garcia Navarra Rex instituit ordinem Equestrem beate MARIE de Libio. Origo hujus Ordinis est Imago Deiparæ quæ apud Najaram anno prædicto reperia est, quæ ex lilio albo progrediebatur, Filiumque JESUM gestabat in ulnis. Hæc Deiparæ Imago primum miraculum in ipso Rege operata est, siquidem æger flex, ut primum templum vovit eo loco struendum, ubi hæc Imago inventa erat, convaluit, vobique reus templum magnificum exlruxit, et ordinem hunc militare instituit. Tu. Te Matrem.

Ad Laud. et ad Prim. Capit. Spiritus Domini. ut in 1. Vesp.

CANON.

Ex Decreto S. Rituum Congregationis.

18 Febr. 1696.—Tala. 1438.

408. Extenditur ad Ecclesiam universalem Festum Beate MARIE Virginis de Mercede celebrandum die vigesima quartâ Septembris sub ritu duplici de præcepto cum oratione propriâ ac lectionibus secundis Nocturni. Tu.

HIMNUS 99. *De offic. ord. de Gaude propaganda. Merc.*
Quam Mater alma Numinis
Perfectionis ultimum

Oplare jussit verticem.

Haud illa major caritas,
Quam pro salute proximi
Vitam suam profundere
Divina dixit veritas.

Est morte peior servitius,
Quæ à barbaris impenditur:
Istam subire Virgini
Jurata nos cogit fides.

O vera Christe caritas,
Incende amore pectora,
Dissolve cordis vincula
Rumpens catenas tartari.

Da servitilem liberam
Omnes tibi persolvore,
Matrique sacros tuæ
Vitam beatam ducere.

Sit laus Patri cum Filio
Qui nos redemit perditos,
Tibique, Sancte Spiritus,
Laudis sit per omne sæculorum. Am.

Ad Benedic. ant. Domina et Mater Dei Israel visitavit et fecit redemptionem captivorum, et erexit cornu salutis nostræ.

In II. Vesper. Capitul. et Hymn. ut in I.

Ad Magnif. ant. Sicut viderunt captivitatem vestram vicini Sion, sic superveniet vobis cum honore magno.

DIE XXVI. SEPT.

DIE VIRG. ANNICIENSIS.

Duplex.

Ad Magn. ant. Ni caveas crimem, caveas contingere limen: nam Regina poli vult sine sorde colli.

Lecl. 1. Noct. de fer.

IN III. NOCT.

LECTIO 8.

Gumpenberg. atl. mar. imag. 9.
Templum beate Virginis Anniciensis per cursum cervi super nivem miraculosè delapsam designatum,

IN III. NOCT.

Leclio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 46.

In illo tempore; Cum audisset MARIA salutationem Elizabeth, exclamavit dicens: Magnificat anima mea Dominum. Et reliqua.

Homilia S. Antiochi Monachi.

Homilia 21 de Virginitate.

Ex quo tempore Dominus noster JESUS—Christus Dei Filius sub solius erga nos benignitate ex utero voluit Sancta et intemerata Deiparæ semper Virginis MARIE suo adventu inclarescere, simulque vires sugessit quibus oblectum Diabolo: facillè deinceps sit virtutem perficere virginitatis, modo is ex animo velit, ut ardua sit functio virtutis istius: sed et quæ bonis toto peccore Deum diligentibus per repositionem reposita sunt, nulli obscurum longè esse præstantiora. Tu. ¶.

LECTIO 8.

Nulli tamen possibile ad tanta virtutis pertingere fastigium nisi præsidio juvetur et erga Deum charitatis, et animi de se quam modestissime sententis juxta testimonium Deiparæ, omni laudum genere celeberrimæ, nulli obnoxia vitio, sed gloriâ omni dignissimæ in hunc modum emodulantis: Magnificat anima mea Dominum, et exultavit Spiritus meus in Deo salutari meo: cum enim per hæc sabindictet suam erga Deum charitatem. (Lecl. 9.) Mox addit: quia respexit humilitatem ancillæ suæ: Rursus: depositis potentes de sede, et exaltavit humiles; et quæ ordinae sequuntur. His igitur explicatum reor, quia per summam humilitatem, et erga Deum charitatem plena cum esset gratiæ,

anno ducentesimo vigesimo primo ædificatum fuit. Creditur quoque ab angelis dedicatum; nam Sancto Evodio Episcopo, et Sancto Sartorio Romani Annicio iturus pro licentiâ dedicationis faciendâ, vixque quarlam leucæ partem urbe Annicio egressis, obvii fuere venerabiles duo senes, qui se delegatos à Calixto Summo Pontifice æbant, jus-sosque utriusque nuntiare Templum Deiparæ jam ab angelis accepisse suam consecrationem. Tu. ¶.

LECTIO 5.

Beate Virginis Statua, quæ ibi colitur ex antiquâ traditione à Jeremiâ Propheta Ægyptiis relicta creditur, qui eam diu in adyis et templis religiosè custodiam, postea ad musea Regum Ptolemæorum transtulerunt, et ut credible est, è museis templis Christianorum importata, sæculis aliquot cultum, quem merebatur, accepit. Dum tandem excissâ cum templis Christi fide, iterum vel abjecta, vel abscondita inter paganos sæculis aliquot latet, expectaretque Sancti Ludovici Regis Galliæ, cui destinabatur, in illa: terras cum exercitu adventum, cui pro spolio et tam periculosi itineris præsidio esset. Tu. ¶.

LECTIO 6.

Qui Rex anno millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio ex Oriente redux, ad Annicum cum statuâ ingressus, Numini pro reditu utcumque felici gratias egit, statimque in templo religiosè deposuit. Prius in eâ Basilicâ celebratur alia Virginis statua manu alterâ puerum JESUM, alterâ sceptrum tenentis, in cujus locum, ubi hæc successit, auctum unâ cum cultu etiâ templum est, ita ut hodiè inter thesauros, et cimelia Galliæ habeatur. Tu.

promeruit sibi vestem perlexere virginitalis, nullâ rugâ decolorem, nuli obnoxiam reatui. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Commemoratio S. MARLE ad Campum Martium.

Spinelli de festis et temporibus Deip.
Sancta MARIA ad Campum martium, qui à Marte, cui olim dictus erat, nomen duxit: Huic templo adjunctum est cenobium monialium ordinis sancti Benedicti, quæ ex Græciâ cum multis Sancto-
rum reliquiis venientes; quod earum Cameli Reliquias deferentes ad hoc Deiparæ templum constitissent, nec progredi possent, hoc in loco sedem posuerunt. Inter alia quæ secum detulerant, erat Imago Deiparæ à Sancto Lucâ depicta, quæ aliquandò post trabis proximæ incendium inventa est ad quemdam puteum ab igne intacta, et in ære suspensa. Tu. Te Matrem.

Vesperæ à Capit de sequenti.

DIE XXVII. SEPT.

D. V. ARCHIDONENSIS DE GRATIA.

Duplex.

Lect. 1 Noct. de Feriâ.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Gumpenberga. Imag. 209.

Archidona oppidum est Ducum Ossunensium in Hispaniâ, duobus leucis Antiquariâ urbe dislans. Ibi in castello, quod montis verticem occupat, Deiparæ Imago servatur. Budis pannus colores etiâ servat, ac si vel hodiè pictor ultimam imposuisset manum. Quod si vivacissimorum colorum pars quæpiam decidat, reponi novos recusat: avelluntur namque. et spontè suâ defluunt. Altitudo sacræ leonis duorum pedum est. Ipsa Dei-

para scanno insidens puerum te net, puer aviculam unâ, alterâ manu pirum. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Origo ex antiqui monumentis hæc est. Postquam, ejectionis mauris, Archidona in manus Christianorum concessit, præsidium urbi impositum est è millibus Christianis. Quâdam die ecce præ foribus urbis Eques adest, fulgentissimis armis, et scuti loco hanc Archidona Imaginem ferebat: ad templum properat, sacerdotem evocat, eique scutum suum tradit, jubetque in altari collocatum; post hæc appellarunt Dominam nostram de gratiâ. Denum rediens pleno cursu, undè venerat, ex oculis omnium evanuit. Imaginem à Sancto Lucâ depictam, et à Sancto Jacobo Apostolo allatam credidere hactenus Hispani. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Resto assumptæ Virginis exponitur populorum conspectui. Quis porrò concursum memoret? Quis miracula? Anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, eadè die et horâ, quâ pugna ad Naupactum et victoria pro Christianis contra Turcas sedit, Duce Joanne Austriaco, sudare hæc sancta Imago visa est. Quondam lues pestifera Antiquariæ vixinti millia hominum unico trimestri abstulit, idemque in aliis urbibus Archidona vicinis fecit, nullo tamen Archidonensis urbis damno, quam indèmmem præterit. Tu. ꝑ.

NI III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 28.

In illo tempore: Ingressus Angelus ad MARIAM, dixit: Ave gratiâ plena. Et reliqua.

Homilia S. Petri Ep. et Martyris. *Ex libr. de fide.—Conc. Ephes.*

p. 2. act. 1.

Evangelista vera prædicat, dum ait: Et verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Tum videlicet cum Angelus Virginem salutavit dicens: ave gratiâ plena Dominus tecum est. Nam illa Gabriele salutatio Deum Verbum in utero Virginis natum et carnem factum insinuat. Tu. ꝑ.

LECTIO 8.

Deus autem Verbum citra viri commercium, Dei, qui quidvis efficere potest, voluntate, in virginis utero incarnatum est, viri operatione aut præsentia minime requisitâ. Dei namque virtus Virginem per Spiritû Sancti adventum obumbrans, viro efficacius operata est. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Tallensis.

Gumpenb. imag. 471.

Diva Virgo Tallensis colitur in Hungariâ duobus leucis à Possonio. Dicitur reperta ad radicem montis juxta fontem, quem vulgò sacrum vocant. Accursum ad hanc statuum est assiduus ex omni parte Hungariæ. Bibunt ex fonte quicumque morbo ægri, et sanitati restituntur tam nulli, ut, quia pro re habeatur ordinariâ, et consuetâ, miraculi loco amplius non habeatur. Fertur, imminente graviore malo, sudare Virginis facies: et ante mortem Ferdinandi secundi sudasse est observatum à pluribus omni exceptione majoribus testibus. Tu. Te Matrem.

Vesp. de sequenti.

DIE XXVIII. SEPT.

MISERICORDIÆ B. M. V.

Duplex majus.

Ad Magnif. ant. Misericordia

ejus à progenie in progenies diligen-
tibus illam.

Oratio.

Deus, qui beatissimam Virginem MARIAM Misericordiæ Matrem esse voluisti: concede propitius, ut qui opem ejus jugiter imploramus, apud te misericordiam invenire possimus. Per Dominum.

AD MATUTINUM.

Inviolator. Laudemus Deum nostrum * In misericordiâ sanctissimæ Virginis MARLE.

Lectioes 1. Noct. de Comm. temp. Infantie.

ꝑ. 1. Semel locutus est Deus; duo hæc audivi: * Quia potestas Dei est, et tibi Domine misericordia. ꝑ. Potestate Domino remanente, cessit quodammodo misericordiæ partem Virgini MARLE.—Quia.

ꝑ. 2. Nunquid potest mulier oblivisci infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? * Sic beatissima Virgo erga omnes miseros. ꝑ. Sicut Mater naturalitèr ad misericordiam super prole suâ movetur. Sic.

ꝑ. 3. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ * Ut misericordiam consequamur in tempore oportuno. ꝑ. Manus et oculos nostros extolimus ad te, Mater misericordiæ, in cunctis angustiis nostris.—Ut.—Gloria.—Ut.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Serm. 4. in Assumpt. B. V.

LECTIO 4.

Sileat misericordiam tuam, Virgo beata, si quis est, qui invocatum te in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse. Nos quidem servuli tui, in cæteris virtutibus con-gaudemus tibi, sed in hæc potius nobis ipsis. Laudamus virginitalitem, humilitatem miramur; sed

miser cordia miseris sapit dulcibus, misericordiam amplectimur caritis, recordamur sepius, crebrius invocamus. Hæc est enim, quæ totius mundi reparationem obtinuit, salutem omnium impetravit. Tu.

¶ Quomodo poteris, ita esto misericors, * Omnibus misericordiam te implorantibus præstando. ¶ Si multum tibi fuerit, quia gratiâ plena es Domina celi et terræ, abundanter tribue.—Omnibus.

LECTIO 5.

Quis ergo misericordiæ tuæ, ò Benedicta, longitudinem, et latitudinem, sublimitatem et profundum queat investigare? Nam longitudo ejus usque ad diem novissimum invocantibus eam subvenit universis. Latitudo ejus replet orbem terrarum; et tuâ quoque misericordiâ plena sit omnis terra. Sic et sublimitas ejus civitatis supernæ invenit restaurationem, et profundum ejus sedentibus in tenebris, et in umbrâ mortis obtinuit redemptionem. Tu.

¶ Quis poterit comprehendere quæ sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum misericordiæ beatæ Virginis MARIE? * Misericordiæ ejus non est numerus. ¶ Miserere nostri, Domina, quæ Mater misericordiæ nuncuparis. Misericor.

LECTIO 6.

Per te enim cælum repletum: infernus evacuatus est: instaurata ruina cælestis Jerusalem: expectantibus miseris vita perditâ data. Sic potentissima et piissima charitas et affectu compatiendi, et subveniendi abundat effectu: æquè locuples in utroque. Ad hunc igitur fontem sitibunda propebat anima nostra. Ad hunc misericordiæ cumulum totâ sollicitudine miseria nostra recurral. Tu.

¶ Mirifica, Domina, misericordias tuas super nos, * Quemadmodum speravimus in te. ¶ Misericordias tuas, Domina, in æternum decantabimus.—Quemad.—Glor.—Quem.

IN III. NOCT.

LECTIO S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 6. 36.

In illo tempore: Dixit JESUS discipulis suis. Estote ergo misericordes, sicut et Pater vester misericors est. Et reliqua.

Homilia B. Dionysii Carthusiani. Libr. 3 de Præcon. B. V. art. 15. Apud Chrisog. Mund. mar. p. 201.

Præterea, ut constat, nil Deo similis, nil vicinius Deo unquam MARIA. Deo verò proprium est misereri semper, et parcere. In hoc igitur Deum vehementissimè singularitèrque imitatur MARIA. Implesi enim, obedientissima Dei ancilla, magis autem, ac mirabilis Mater ejus benedicta atque virginæa, Creatoris tui voluntatem, qui ait: misericordiam volo, et non sacrificium. Tu.

¶ Nullus est ita abjectus à Deo, nisi fuerit omnino maledictus, * Qui si me invocaverit, non revertatur ad Deum, et non inveniat misericordiam. ¶ Ideò miser erit, qui ad misericordiam, cum possit, non accedit.—Qui.

Bened. Cujus Misericordiam.

LECTIO 8.

Deniquè Filii tui documentum perfecisti, qui dixit: estote misericordes, sicut Pater vester cælestis miserericors est. Enim verò instar liquidi elementi, vasisque fluidissimo liquore repleti, quod cuacumque ex parte motum, mox se diffundit, atque communicat, tu utique, MA-

LECTIO 4.

Statua Deiparæ, quæ de Candalaria nomen habet, in saxi cuspisiam cavernâ à gentilibus in Insulâ Teneriffæ in Regno Cilensi reperta est, priusquam ullus Christianorum illiæ adveniret. Cum igitur gregem pascerent duo insulani propè cavernam, territus recessit grex ad presentiam Statuæ beatæ Virginis. Pastorum unus ratus puellam esse vivam, lapide eam petiit, sed manus repente obtorpuit, etiâ brachio toto rigente. Sed et socius immotam miratus puellam, tentat cultre digitum abscondere, sed et ipse quoque fuit percussus. Tu. ¶

LECTIO 5.

Ad Regem de Guimar hæc prodigia relata sunt, qui Sanctam Statuam, miraculo recuperatæ sanitatis à pastoribus, cum ad Statuam majori reverentiâ altigerent, motus, ipse cum præcipuis aulicorum in autam deportavit, et paulò post in cryptam aliquam decore excavatam, ut majori cultu prosequeretur. Plùs tamen Angeli cum honorarunt, nam concensus cælestes à barbaris circa statuam auditi, et visi supplicantium ordines fulgentibus candelis per maris crepidinem nunquam visis cæremonis accedere. Nonnquam sunt inventa candelarum fragmenta, quandoque etiâ fumigantiâ, tanquam tunc primum extincta. Tu. ¶

LECTIO 6.

Fuit autem, cum Gentiles inter patriæ suæ miranda Hispano, quem primanavis advexerat, ostenderent, hanc Imaginem, maximè ille obstupuit tam venusti operis statuam videns, docuente barbaros eam flexo poplite, erectisque in cælum manibus coli velle, sensorisque ip-

RIA, misericordiâ miserationibusque exuberans. Nempe prece pulsata repente succurris, omnibus quoque te exaudibilem ac propitiabilem exhibes. Tu.

¶ Nihil austerum in eâ, nihil terribile, tota suavis est: * Omnibus offerens lac et lanam.

¶ Lex clementiæ in lingua ejus.—Omnibus.—Gloria.—Omnibus.

LECTIO 9.

Non illatas recordaris injurias; sed velut sol iste lucens omnibus indifferenter secundum uniuscujusque capacitatem claritatis suæ radios influit, sic tu benignissima, nimiumque amplectenda MARIA, bonis et malis, gratis, et ingratis, justis et injustis exorabdis es atque compatiens. Multos demum prævenis, salvas, et dilas, universorum preces, ac necessitates amplissimo, maternoque suscipis atque amplectis sinu. Tu. Te Matrem.

Ad Benedict. ant. Quoniâ misericordiæ tuæ magna est super me, cruisi animam meam ex inferno inferiori.

¶ y. y. br. ad Prim. Quæ Mater misericordiæ nuncuparis.

CANON.

Ex D. Bonaventurâ Episcopo.

Spec. B. V. Lect. 9.

409. Solum divini misericordiæ est MARIA Mater misericordiæ, in quo omnes inveniunt solatia misericordiæ: nam sicut misericordissimum Dominum, ita misericordissimam Dominam habemus. Tu.

Ad Magnif. ant. Misericordiæ tuæ rigat universum Dominam, in salutari tuo vivifica me.

DIE XXIX. SEPT.

B. M. V. DE CANDELARIA.

Semiduplex.

Lect. prim. Noct. de Fer.

sos obsequii sui non penitendos fructus, si dicerent: Ave MARIA. Fecerunt hoc incola, et cum Patres Societatis JESU illud pervenissent, jam paratos ad fidem invenerunt gentis animos, et in Deiparam pios. Unde hæc Statua miraculis et hodiè clarissima, insulam totam Mariophilis gratam, acceptamque reddidit. Tu. ¶

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas, extollens vocem quaedam mulier de turbâ dixit illi: Beatus venter qui te portavit. Et reliqua. Homilia S. Cyrilli Arche. Jerosolym.

Catecheseos 12. n. 26.

Illis, qui ex circumcissione sunt, ita occurras rogando: utrum difficultius sit sterilem anum suetis jam defectam parere, an Virginem in ætatis flore generare? Sterilis erat Sara, et postquam muliebra desierunt, præter naturam peperit: Igitur si sterilem generare præter naturam est, hoc quoque præter naturam, Virginem MARIAM fieri. Aut ergo utrumque simul rejice, aut utrumque admittito. Idem enim Deus et illud fecit, et hoc mollitus est. Tu. ¶

LECTIO 8.

Illos itaque in hunc modum percutare. Eva ab initio de quo nata est? Quæ Mater illam sine Matre feminam concepit? An autem Scriptura, quod ex Adæ costa effecta est. Ergone Eva ex virili latere sine Matre nata fuerit; puer verò ex Virginis utero absque operâ viri nasci non possit? (Lect. 9.) Reddendæ viris gratiæ obnoxium erat feminæ genus, Eva namque ex Adam nata fuerat, non ex Matre concepta, sed ex viro solo tanquam

partu edita: reddidit ergo MARIA hujus gratiæ debitum, cum non ex viro, sed ex se solâ incontaminatè de Spiritu Sancto per virtutem Dei genuit. Tu. ¶

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Senensis in Colle.

Gump. Imag. 313.

Miraculosa Virginis Imago specialitèr colitur Senis in Italiâ, ex eo tempore, quo quædam muliereseam viderunt facie turbatâ. Hinc populi clamor, et lacrymæ, non sine interturbatione Officii divini, quod tunc canebatur. Itaque qui sacrificiæ præerat, accurrit, et arripio voto lecturus totam Sanctam Iconem altare ascendit per scalas, sed per easdem ita decidit. Hinc vota, hinc miracula, quæ et mutationem vultus probabant, et Leonem X. permovebant, ut Bullâ authenticâ eam declararet miraculosam. Edita quoque sunt miracula, quæ à Sancto Officiò ritè fuerunt approbata. Tu. Te Matrem.

Vesperæ de sequent.

DIE XXX. SEPT.

SS. OCULORUM B. M. V.

Duplicæ majus.

Ad Magnif. ant. Oculi ejus pulchrioris vino, et dentes ejus lacte candidiores.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui in veneratione sanctissimorum Oculorum Beati MARIE Virginis gloriamur, ad æternam mereamur pervenire lætissimam. Per Dominum.

IN I. NOCT.

Lectio. de Scriptur. ut in Dom. III. post Pascham. p. 212.

¶ Collum tuum sicut turris eburnea, * Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in portâ filia

multitudinis. ¶ Quam pulchra, et quam decora es, carissima in declicis.—Oculi.

¶ Ad te clamamus exules filii Evi, ad te suspiramus * Gementes, et flentes in hæc lachrimarum valle. ¶ Eja ergo, Advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte.—Gementes.

¶ Benedicti sint oculi tui splendidissimi, * Quos digneris convertere super nos peccatores. ¶ Illumina, Domina, oculos tus super nos.—Gloria.—Quos.

IN II. NOCT.

Sermo S. Thomæ Arch. Valentini. *Serm.* 3. in *Assump. B. V.*

LECTIO 4.

Qualis fuit oculorum ejus pulchritudo, et venustus aspectus, quæ regem majestatis solo intuitu vulneravit? Undè ait: vulnerasti cor meum, Soror mea Sponsa, in uno oculorum tuorum, in uno crine colli tui. Et quasi non valens aspectam pulchritudinem sustinere, vulneratus clamat: averte oculos tuos à me: ipsi me avolare fecerunt. Undè avolare? nisi à sinu Dei Patris in uterum Virginis Matris? Tu.

¶ Oculi ejus sicut columbe super rivulos aquarum, * Quæ lacte sunt lotæ, et resident juxta fluentia plenissima. ¶ Genæ illius sicut areolæ aromatatum consitæ à pigmentariis.—Quæ.

LECTIO 5.

Et iterum: ò quam pulchra es, amica mea, ò quam pulchra es! Oculi tui columbarum absque eo, quod intrinsecus latet. Quoties oculorum repetit pulchritudinem, quoties visus decorem exagerat, ut in illis se maxime captum, et delectatum ostendat! Verè pulchra, et his pulchra: pulchra facie, pulchrior fide, pulchra in corpore, pulchra

in mente, pulchra interiori gaudio, pulchra exteriori obsequio, pulchra cum gignitur, pulchra cum genuit, pulchra in Egypti exilio, pulchra in cælesti regno. Tu.

¶ Pulchra es, amica mea, suavis et decora, sicut Jerusalem: * Terribilis, ut castrorum acies ordinata. ¶ Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt.—Terribilis.

LECTIO 6.

Oculi tui columbarum? Propter quid columbarum? Columbe, cum in terrâ pascentur, oculos in terrâ non figunt, sed raptim videntes granum, statim visum in celum atollunt. Tales sunt MARIE oculi, cuius-obtinus raptim terrena transiens, coelestia frequentius perlustrabat. Sic enim Filius sui et Sponsi JOSEPH ministerio incumbabat, ut coelestia semper intueri non desisteret. Columbinos oculos MARIA habet: corvinos habent, de quibus scriptum est: oculos ejus staterunt declinare in terram. Tu.

¶ Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra est: * Oculi tui columbarum.

¶ Favus distillans labia tua, mel et lac sub lingua tuâ.—Oculi tui.—Gloria.—Oculi.

Homil. de Comm. pro Duplic. majoribus.

¶ 7. O pulcherrima pulchritudo pulchritudinum. * O Dei Genitrix pulchrorum omnium summum ornamentum. ¶ O quam pulchra es, amica mei: Oculi tui columbarum.—O Dei.

¶ 8. Vulnerasti cor meum, soror mea Sponsa, * Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, et in uno crine colli tui. ¶ Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt.—Vulnerasti.—Gloria.—Vulnerasti.

Commemoratio B. Virginis de Carquerá.

Gumpenb. Imag. 602.

Beate Virginis de Carquerá statua una cum templo repta est infra terram. Nam cum Rex Alphonsus infans in lucem prodiret, distortis fœde cruribus, nec quidquam bellicorum spiritum in eo appareret, ob hunc corporis turpem defectum ejus prefectus Monistius Deipara pro rege suo orationes fudit et lacrymas. Illa per somnum ei apparens jussit terram fodere, dum templum, et in templo statuum reperiret, hisque aris, prius decenter mundalis, imponeret miserum regem. Quo facto regi quam primum pedum naturalis usus concessus, et omnis deformitas ablata. Tu. Te Matrem.

Ad Benedict. ant. Oculi tui, Domina, sint super nos, ut miseraris nostri.

Ad Magnif. ant. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.

FESTA OCTOBRIS.

DOMINICA I. OCTOBRIS.

SS. ROSARII B. MARIE V.

Duplex major.

IN I. VESPER.

Ant. 1. Missus est Angelus Gabriel ad MARIAM Virginem desponsalam JOSEPH.

2. Exurgens MARIA abiit in montana eam destinatione, ut salutaret Elizabeth.

3. Peperit Filium suum primogenitum, et pannis eum involvit, et reclinavit eum in præsepio.

4. Postquam consummati sunt dies purgationis MARIE, tulerunt

JESUM in Jerusalem, ut sisterent cum Domino.

5. Post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum.

CAPITULUM. Ecol. 24. 17.
Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion: quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio Rosæ in Jericho.

HYMNUS 100. Ex Offic. Ordin. Cælestis aula nantius. Prædic.

Arcana pandens Numinis,
Plenam salutat gratiã
Dei Parentem Virgineum.

Virgo propinquam sanguine
Matrem Joannis visitat,
Qui clausus alvo gestiens
Adesse Christum nuntiat.

Verbum, quod ante secula
E mente Patris prodiit,
E Matris alvo Virginis
Mortalis infans nascitur.

Templo puellus sisitit,
Legique paret Legifer,
Hic se Redemptor paupere
Pretio redemptus immolat.

Quem jam dolebat perditum
Mox læta Mater invenit,
Ignota doctis mentibus
Edisserentem Filium.

Sit Trinitati gloria,
Quæ sacra per mysteria
Orantibus det gratiam,
Quæ consequantur gloriam. Amen.

Hæc Doxol. dicitur ad omnes horas.

ÿ. Ave MARIA, gratiã plena.
R. Dominus tecum.

Ad Magnif. ant. Videntes eam filie Sion vernantem in floribus rosarum, et lilii convallium beatissimar: prædicaverunt, et reginæ laudaverunt eam.

Oratio de Laudibus.

AD MATUTIN.

Invitator. Laudemus Deum no-

strum * In solemnitate sanctissimi Rosarii Beate MARIE Virginis.

HYMNUS 101. Ex brev. Ordin. Te gestientem gaudis, Prædic.

Te sauciam doloribus,
Te jugi amiclam gloria
O Virgo Mater, pangimus.
Ave redundans gaudio,
Dum concipis, dum visitas,
Et edis, offers, invenis,
Mater beata, Filium.

Ave dolens, et intimo
In corde agonem, verbera,
Spinas crucemque Filii
Perpessa princeps Martyrum.

Ave in triumphis Filii,
In ignibus Paracliti,
In regni honore et lumine,
Regina fulgens gloriã.

Venite, gentes, carpite
Ex his rosas mysteris,
Et pulchri amoris inclitæ
Matri coronas necite.

Sit Trinitati... Quæ...

IN I. NOCT.

Ant. 1. Concipies et paries Filium, et vocabis nomen ejus Emmanuel.

2. Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.

3. Undè hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?

ÿ. Benedicta tu in mulieribus.
R. Et benedictus fructus ventris tui.

De libro Ecclesiastici.

LECTIO 1. c. 39. 17.

In voce dicit: obaudite me, divini fructus, et quasi rosa plantata super rivos aquarum fructificate. Quasi libanus odorem suavitalis habete. Florete flores, quasi liliium, et date odorem, et frondete in gratiã, et collaudate canticum, et benedicite Dominum in operibus suis. Tu.

R. Impleti sunt dies MARIE, ut

pareret, * Et peperit Filium suum primogenitum, et pannis eum involvit, et reclinavit in præsepio. ÿ. Gloria in altissimis Deo, et in terrã pax hominibus bonæ voluntatis.—Et pep.

LECTIO 2.

Date nomini ejus magnificentiam, et confitemini illi in voce laborum vestrorum, et in canticis laborum, et citharis, et sic dicetis in confessione: Opera Domini universa bona valde. In verbo ejus stetit aqua sicut congeries: et in sermone oris illius, sicut exceptoria aquarum. Quoniã in præcepto ipsius placor fit, et non est minoratio in salute ipsius. Tu.

R. Postquam impleti sunt dies purgationis MARIE secundum legem Moysi, * Tulerunt JESUM in Jerusalem, ut sisterent eum Domino. ÿ. Et ut darent hostiam, par turturum, aut duos pullos columbarum.—Tulerunt.

LECTIO 3.

Opera omnis carnis coram illo, et non est quidquam absconditum ab oculis ejus. A seculo usque in seculum respicit, et nihil est mirabile in conspectu ejus. Non est dicere: quid est hoc? aut quid est istud? Omnia enim in tempore suo quærentur. Benedictio illius quasi fluvius inundavit. Tu.

R. Invenertunt JESUM parentes ejus in templo sedentem in medio Doctorum: * Stupebant autem omnes, qui eum audiebant super prudentiã, et responsis ejus. ÿ. El dixit Mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic?—Stupebant.—Gloria.—Stupebant.

IN II. NOCT.

Ant. 1. Procidit JESUM in faciem suam orans et dicens: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste.